UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Seuero presbytero [et] martyre. Cap[itulum]. lxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Quas ſcripſit apud ſmyrnam dum romam vin-
ctus duceretur. Inde diſcedens ſcripſit ad phi
ladelphenos aliam: ⁊ vltimam ad ſmyrneos: et
precipue ad policarpum ſmyrne epm̄: vbi de re
ſurrectione domini elegans perhibet teſtimo-
nium. hec hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Seuero epo. Cap. lxv.

SEuerus
epiſcopꝰ rauē
ne ciuitatis.
decimuſter-
tiꝰ a ſctō apol
linare claruit
qui ex eadem ciuitate obſcu-
re natus pauperē vitā labore
manuū deducēs cū vxore vin-
centia ⁊ filia innocētia laniſi
cij opere ſumptus quottidianos carpebat. Cū
autem ex conſuetudine omnes epiſcopi rauen
nates per columbam celeſtem ad ſacerdotium
eligerent: ⁊ iam. xij. poſt ſanctum apollinarem
eo modo electi fuiſſent: ⁊ ad tantū miraculum
multi confluerent: contigit rauennatem eccle-
ſiam paſtore proprio viduari. Et cum multi epi
ſcoporum finitimi cōuenirent ad orationē nō
ad electionē faciēdam: multitudoqꝫ populi: vt
dictum eſt: ad hoc cōcurriſſet: ſeuerus vxori li-
centiam petijt ad eccleſiā eundi: ⁊ colūbe mira
culū ſpectandi: vxor vero ipm̄ redarguens: reſpō
debat ꝙ talis viſio ad eum non pertinebat: ſed
potius ad laborem ſederet ⁊ ocio non vacaret.
Siue em̄ iret: ſiue non iret: ipm̄ epm̄ non elige
rent. Cum autem ſeuerus importune inſtaret:
vincentia quaſi ironice eidem vt iret propheta
uit: qꝫ qua hora illuc perueniret: eps fieret. Ue
niens ergo ſeuerus ad eccleſiā ⁊ ſordidis indu
tus inter ceteros apparere nō audēs: poſt val
uas eccleſie latitabat: ⁊ colūbe aduētū cū cete-
ris expectabat. Que orōne epoꝝ cōpleta p fe-
neſtrā ſolitā ingrediēs: ⁊ eccleſiā circūuolans
ſuper caput ſeueri latitātis reſedit. Qui dum
territus eam a ſe repelleret: ⁊ illa iterum dudū
per aera volitaſſet iterum ad ſeuerum redijt ⁊
in eius vertice reſedit ac requieuit. Qui ſtatim
ab epiſcopis ⁊ populo electus quis renitēs in
cathedra collocatur ⁊ epiſcopus conſecratur.
Et dum eſſet idiota ⁊ litterarū ignarus: diuina
inſpiratiōe exēplo apoſtolorū ſacris litteris re
pente imbutus: nō ſolum diuina myſteria ⁊ pō-
tificis officia exercebat: ſed etiam predicator
factus: populum ſuum ſalutifero ſermone do-
cebat. Adeo vt cunctis in miraculum procederet
ꝙ lanifex ⁊ idiota: tā ſubita mutatione doctor
eximius factꝰ eſſet. Qui vite ſue ſanctitate mul
tis exemplo proficiebat: ⁊ plurimis miraculis
coruſcabat. ¶ Hic per ſpiritum raptus dū miſ-
ſam celebraret: exequijs ſancti geminiani epi-
ſcopi mutineñ. interfuit: eiuſqꝫ corpꝰ more pō-
tificum tumulauit: ⁊ rediēs ad corpus miſſam
compleuit: vt dictum eſt plenius ſuperius in le
genda ſancti Geminiani. iij. kalen. februarij.
¶ Hic etiam ſanctum heracleanum piſaurieñ.
epiſcopum enutriuit: ⁊ ad pontificatum ipſius
vrbis promouit: vxorem quoqꝫ eius vincentiā
defunctam in ꝓprio tumulo ſepeliuit. Poſt ali
quod tp̄s: dū filia eiꝰ innocētia virgo diem im-
pleſſet extremū: ⁊ eiuſdē ſeuerus exequias ce-
lebraſſet: corpuſqꝫ filie iuxta matrē ponere de-
creuiſſet: aperto ſepulchro apparuit locꝰ in tā
tum exiguus ꝙ corpus filie ibidem nullatenꝰ
poterat collocari. Tunc eps ad locū acceſſit ⁊
vxori vt locum daret filie mādauit. Et cōtinuo
corpus vincētie qd̄ erat ſupinū in latꝰ receſſit ⁊
innocētie filie locū dimiſit. Que ibidē cunctis
ſtupētibus iuxta matrē diſpoſita eſt. ¶ Cū aūt
ſeuerus iam ſenio confectus obitū ſuum ſibi a
dño reuelatū ꝑſciuiſſet populū ad eccleſiā cō-
uocauit: ⁊ diuinis myſterijs celebratis glorio-
ſo ſermone plebē ſuā in dño cōfortauit. Et de-
inde ſibi ſepulchrū coniugis ⁊ filie aperiri fe-
cit. Ac inter ipſa duo corpora ſe mediū ponēs
cunctiſqꝫ vale faciens inter verba orationis in
xp̄o feliciter obdormiuit kalen. februarij: vbi
clauſo mauſoleo ſepultꝰ iacet: miraculis ⁊ vir-
tutibus pollens: eccleſia proceſſu temporis eiꝰ
nomini dedicata.

¶ De ſancto Seuero presbytero ⁊
martyre. Cap. lxvi.

SEuerus presbyter ⁊ mar
tyr ra-
uenne ortus ⁊ nutritus ab infantia de
um timēs miraculis clarere cepit. In
ter que eutytiū. ciiij. annoꝝ decrepitū ſenio vi-
ſu priuatum illuminauit: veniēs aūt ad vrbē ro
mam adhuc iuuenis in valle interocrina eccle-
ſiā in honore dei genitricis edificauit. In qua
⁊ presbyter ordinatꝰ deo multis annis deuote
ſeruiuit ⁊ pauperibꝰ ſedule miniſtrauit. ¶ Cū
aūt quidā paterfamilias in extremis laborās
eum ad ſe vocari feciſſet: vt ſibi confiteretur: ⁊
ille in putanda uinea laboraret: nuncijſqꝫ vt ſe
antecederent reſpondiſſet: ⁊ poſt hec aliquan-
tulū venire diſtuliſſet: veniens ad egrotū rep-
perit iam eū eſſe defunctum. Quod ille cernēs
contremuit magniſqꝫ vocibus ſe interfectorem
illius clamare cepit. Cūqꝫ vehemētiſſime iuxta
corpus defleret: ⁊ in terrā caput cōtunderet: re
pente qui defunctus fuerat animā recepit. Et
admirantibus cunctis vbi fuerit: vel quomodo
reuixerit interrogatur. Qui reſpondit: ꝙ a ter
ris hominibus flammas naribus ⁊ ore vomen-
tibus per loca obſcura ducebatur: ſꝫ a pulcher
rimis iuuenibus eiſdem terris occurrentibus
ereptus eſt: qui dixerunt ꝙ oportebat eum ad
corpus reduci: qui eum dominus ſeueri lachry
mis condonaſſet. Cui ſanctus presbyter peni-
tentiam ſalutarem impoſuit: ⁊ ipſa peracta vir

ille poſt dies. vij. iterum obdormiuit. Hec Gregorius primo dialo. c. vlti. Poſt hec maximianus imperator audita fama ſeueri eum cōphēdi fecit: ⁊ ſacrificare nolentem in p̄dicta valle decollari mandauit. Cuius animā duo angeli in ſpecie columbarū viſi ſunt ad celū deferre. Corpus autē eius apud vrbem veterem conditum eſt. Paſſus eſt aūt kalen. februarij.

¶ De ſancto Seuero presbytero ⁊ confeſſore. Cap. lxvij

SEuerus presbyter ⁊ confeſſor cognomēto ſulpitius p̄uincie aquitanie vir genere ⁊ litteratura nobilis epiſtolas ad dei amorē ⁊ mūdi cōtemptū exhortatorias ſcripſit ſorori ſue multas: que nocte ſibi eſſe dicunt. Ad paulinū nolanū epiſcopū ſcripſit duas: ſed ad alios plurimos que nō vulgantur: quia familiaris neceſſitatis rem continent. Chronicā etiā compoſuiſſe dicit. Beati martini vitam ſignis ⁊ miraculis illuſtrem exarauit. Poſthumani ⁊ galli collationē ante ſe habitam: ⁊ dialogorum libros. iij. Fuit autem diſcipulus beati martini eiuſq; ſanctarum operum imitator ſub maiore theodoſio. Quieuit cum pace in domino. Hec gemnadius de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Pione, martyre. Cap. lxviij.

PIonius martyr: vt habetur. iiij. libro eccleſiaſtice hyſtorie tempore antonini imperatoris: inter ceteros qui veri martyres extiterūt famoſiſſimus fertur: qui docens et exhortās populum ⁊ in ipſis tribunalibus diſputans: eos qui in perſecutione titubabant viriliter hortans: poſt ſqualorem carceris: vbi etiā multos fratrū ad tolerātiam martyrij: ſuis exhortationib⁹ roborauit cruciatibus multis vexatus eſt: deinde clauis confixus ⁊ cādenti rogo ſuperpoſitus beatū finē vite ſortit⁹ eſt. Cū quo ⁊ alij. xv. ſimili pena paſſi ſunt kalendas februarij.

¶ De ſancta Brigida virgine. Cap. lxix.

BRigida virgo claruit apud ſcotiam tempore primi iuſtini imp̄atoris. Que xp̄iani ſ⁊ claris parētib⁹ orta a pueritia ſanctitatis operibus dedita: etiam miraculorū gloria coruſcauit. Hec dum a matre mitteretur ad butyrum ex lacte vaccarum congregandū: prout et alie puelle a parentibus mittebantur: ⁊ illa totum quod collegerat: pauperibus erogaſſet: tēpore exquiſito ſuper omnes alias iuuenculas cooperarias ſuas butyrum apportauit. ¶ Dū autem eam parentes nuptui tradere vellent: ⁊ ipſa pudicitiam elegiſſet: poſtq̄ in manib⁹ epiſcopi coram deo virginitatem profeſſa eſt: lignum altaris tetigit: quod in teſtimonium ei⁹ ſanctitatis ſtatim viride factum eſt: ſic manens vſq; in preſens. Quo viſo miraculo ſtupefacti parentes eam domino commendarunt. ¶ Cū autem die quadā meſſores ei⁹ ſegetes in agro colligerēt: ⁊ pluuia maxima erumperet: a meſſoribus ſuis imbrem ſedauit: circunſtantibuſq; agris pluuia madefactis ſola huius area ſicca permanſit. ¶ Die quadam cum oues paſceret imbre cadente pannis perfuſa domum rediit. Et veſtes madefactas ſuper ſolis radium: qui per rimas intrabat ſiccandas extēdit: que quaſi in ſolida pertica diuinitus permanſerunt. ¶ Aquā in ceruiſiā ⁊ lapidē in ſalē cōuertit: ⁊ a natiuitate cecū illumiauit. ¶ Aprū inueniēs qui ad oues comedendas venerat: in xp̄i noīe adeo māſuefecit: vt cū ouib⁹ p̄petuo quaſi aries moraretur: cū eis deinceps ad paſtum egrediens domūq; ipſas vti cuſtos reducēs. ¶ Dū nouem viri in mortem conſpiraſſent: ⁊ eos virgo chriſti ab intēto peſſimo reuocare non poſſet: orauit ad dominum: vt nequam illorum voto reſiſteret. Egreſſis autē illis apparuit imago quedā quaſi illius hominis occidendi: quā illi gladijs percutientes hominemq; peremiſſe putantes leti reuerſi ſunt. Sed dum quod illis contigerat cognouerunt compuncti ad pedes virginis prociderunt: ⁊ penitentiam egerunt. Sicq; ſancta virgo multis clarens virtutibus: quieuit in pace kalen. februarij.

¶ De ſancto Effron diacono. Cap. lxx.

EFfron edeſſene eccleſie diaconus doctor eximius heremiticam vitam ducēs: nulla neceſſitate de cella diſceſſit lectionis ⁊ ſcripture atq; orationi ſemper intentus: qui ad ſe venientes ſalutari doctrina reficiebat: ⁊ libros ⁊ opuſcula Syro ſermone conſcribebat. ¶ Hic eſt qui Baſilium ceſarienſem epiſcopum in figura columne ignis conſpexit: et ab eodem vt grece loqueretur: ſibi a domino vt impetraret obtinuit: vt habetur ſupra in vita ſancti Baſilij kalendas ianuarij. ¶ Tempore quodam dum fames grauiſſima in omnem terram ſeuiret: ipſe pauperum miſertus alias nunq̄ egreſſus de cella exijt. Et ad ciuitatem venit: diuitibus predicans: vt indigentibus ſubuenirent: multaſq; pecunias a diuitibus ſuſcepit inter inopes diſpergendas. Quos in porticibus congregauit: ⁊ pecunias eiſdem fideliter erogauit. Factaq; vbertate ad cellam rediit: in qua poſt vnum menſem in domino requieuit kalendas februarij: tempore valentis imperatoris. Sepultuſq; iacet ī eccleſia edeſſena. Hic multa ſyro ſermone cōſcripſit: q̄ pu-